


24

223

SM. IN CHRISTO PATRIS, AC
D. N. D.

INNOCENTII
DIVINA PROVIDENTIA
PAPÆ X.
CONSTITVTIO,

Qua declarantur, & definiuntur quinque Propositiones in materia Fidei.



R O M Æ,
Ex Typographia Reuer. Camerae Apost. 1653.

DA RIENI OTTOMO 1812

N. N. D.

INNOCENTI

AVVIA PRODIGIA

1812

1812

Il giorno 18 di Luglio 1812
si celebrò la Messa solenne

per la salute dell'Imperatore
Napoleone Primo, e per
la pace universale, e per
la felicità del nostro
Paese, e per la
conservazione della
nostra Religione, e
del nostro Reame.

Il giorno 18 di Luglio 1812
si celebrò la Messa solenne

per la salute dell'Imperatore
Napoleone Primo, e per
la pace universale, e per
la felicità del nostro
Paese, e per la
conservazione della
nostra Religione, e
del nostro Reame.

239

INNOCENTIVS

Episcopus Seruus Seruorum Dei.

*Vniuersis Christi fidelibus salutem, & Apostolicam
Benedictionem.*



VM Occasione Impressionis
libri, cui Titulus, Augustinus
Cornelij Iansenij Episcopi
Iprensis, inter alias eius opi-
niones orta fuerit, præsertim
in Gallijs controuertia super
quinque ex illis, Complures
Galliarum Episcopi apud Nos institerunt, vt
easdem Propositiones Nobis oblatas expendere-
mus, ac de vnaquaque earum certam, &
perspicuam ferremus sententiam.

*Tenor verò præfatarum Propositionum est prout
sequitur.*

- P**RIMA: Aliqua Dei præcepta Hominibus iu-
stis volentibus, & conantibus secundum præ-
sentes, quas habent vires, sunt impossibilia,
deest quoque illis Gratia, qua possibilia fiant.
Secunda: Interiõri Gratia in statu Naturæ lapsæ
nunquam resistitur.
Tertia: Ad merendum, & demerendum in statu
Naturæ lapsæ nõ requiritur in Homine libertas
à necessitate, sed sufficit libertas à Coactione.
Quarta: Semipelagiani admittebant præuenientis
Gratia in interioris necessitatem ad singulos
A 2 actus,

actus, etiã ad initium fidei, & in hoc erant
Hæretici, quòd vellent eam Gratiã talem
esse, cui posset Humana voluntas resistere, vel
obtemperare.

Quinta: Sempelagianum est dicere, Christũ pro
omnibus omninò Hominibus mortuum esse,
aut sanguinem fudisse.

Nos, quibus inter multiplices curas, quæ animi
nostrum assiduè pulsãt, illa in primis eordis est,
vt Ecclesia Dei Nobis ex Alto cõmissa, purga-
tis prauarum Opiniorum erroribus, tuto mili-
tare, & tanquã Nauis in tranquillo Mari, se-
datis omnium tempestatum fluctibus, ac pro-
cellis, securè nauigare, & ad optatum salutis
Portum peruenire possit.

Pro rei grauitate, coram aliquibus S.R.E. Cardi-
nalibus ad id specialiter sapius congregatis, à
pluribus in Sacra Theologia Magistris easdem
Quinque Propositiones, vt supra Nobis obla-
tas, fecimus singillatim diligenter examinari,
eorumquè suffragia, tum voce, tum scripto re-
lata maturè considerauimus, eosdemque Magi-
stros, varijs coram Nobis actis Congregationi-
bus, prolixè super eisdem, ac super earum qua-
libet differentes audiuius.

Cum autem ab initio huiuscemodi discussionis ad
Diuinum implorandum Auxilium multorum
Christi fidelium preces, tum priuatim, tum pu-
blicè indixissemus, postmodum iteratis eisdem
feruentius, ac per Nos sollicitè implorata San-
cti Spiritus Assistentia, tandem Diuino Numi-
ne fauente, ad infra scriptam deuenimus Decla-
rationem, & Definitionem.

Primam prædictarum propositionum: Aliqua Dei præcepta Homi-
nibus Iustis volentibus, & conā-
tibus, secundum præfentes, quas habent Vires,
sunt impossibilia, deest quoque illis Gratia, qua
possibilia fiant: Temerariam, Impiam, Blas-
phemiam, Anathemate damnatam, & Hæreti-
cam declaramus, & vti talem damnamus.

Secundam: Interiori Gratia in statu Naturæ lap-
sæ nunquam resistitur: Hæreticam declaramus,
& vti talem damnamus.

Tertiam: Ad merendum, & deimerendum in statu
Naturæ lapsæ, non requiritur in Homine liber-
tas à necessitate, sed sufficit libertas à Coactio-
ne: Hæreticam declaramus, & vti talem dam-
namus.

Quartam: Semipelagini admittebant præuenien-
tis Gratia Interioris necessitatem ad singulos
actus, etiam ad initium Fidei, & in hoc erant
Hæretici, quòd vellent eam Gratiam talem
esse, cui possèt humana Voluntas resistere, vel
obtemperare: Falsam, & Hereticam declara-
mus, & vti talem damnamus.

Quintam: Semipelagianum est dicere, Christum
pro omnibus omninò hominibus mortuum ef-
se, aut Sanguinem fudisse; Falsam, Temera-
riam, scandalosam; & intellectam eo sensu, vt
Christus pro salute dumtaxat Prædestinatorum
mortuus sit: Impiam, Blasphemam, Contume-
liosam, Diuinæ Pietati Derogantem, & Hæ-
reticam declaramus, & vti talem damnamus.

Mandamus igitur omnibus Christi fidelibus
vtriusque sexus, ne de dictis Propositionibus
sentire, docere, prædicare aliter præsumant,
quàm

quàm in hac præfenti noſtra Declaratione, & Definitione continentur ſub cenſuris, & pœnis contra Hæreticos, & eorum fautores in iure expreſſis.

Præcipimus paritèr omnibus Patriarchis, Archiepiſcopis, Episcopis, alijsque locorum Ordinarijs, nec non Hæreticæ prauitatis Inquiſitoribus, vt Contradictores, & Rebelles quoſcumque per cenſuras, & pœnas prædictas, ceteraque iuris, & facti remedia opportuna, inuocato etiam ad hoc (ſi opus fuerit) Auxilio Brachij Sæcularis, omninò coerceant, & compellant.

Non intendentes tamèn per hanc Declarationem, & Definitionem ſuper prædictis quinque Propositionibus factam, approbare vllatenus alias opiniones, quæ continentur in prædicto libro Cornelij Ianſenij. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcentefimo quinquageſimo tertio, pridie Kal. Iunij, Pontificatus Noſtri Anno Nono.

Hi. Datarius.

G. Gualterius.

P. Ciampinus.

Anno à Natiuitate D.N. IESV Christi Millesimo sex-
 centesimo quinquagesimo tertio, Indictione sexta,
 Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D.
 N. D. INNOCENTII Diuina Prouidentia Papæ
 X. Anno eius Noni, die verò nona mensis Iunii su-
 prædictæ Constitutio affixa, & publicata fuit in Ec-
 clesie Lateranen. ac Basilicæ Principis Apostolo-
 rum de Vrbe, nec non Cancellariæ Apostolicæ val-
 uis, ac in acie Campi Floræ per me Hieronymum
 Mascellam Sanctissimi D.N. Papæ Cursorem.

Pro D. Mag. Cufforū P. Paulus Desiderius Cuffor.

Anno Domini MDCCLXXXIII. Die Martii.

 In hac die obiit Domine Maria, uxor Domini

 Joannis Baptistae, cuius sepulchrum est in

 ecclesia parochiali huiusmodi.

 Requiescat in pace.

 Anno Domini MDCCLXXXIII. Die Martii.

 In hac die obiit Domine Maria, uxor Domini

 Joannis Baptistae, cuius sepulchrum est in

 ecclesia parochiali huiusmodi.

 Requiescat in pace.

In hac die obiit Domine Maria, uxor Domini

 Joannis Baptistae, cuius sepulchrum est in

 ecclesia parochiali huiusmodi.

 Requiescat in pace.